Cum Servus Dei Vincentius Pallotti primum Piam Societatem, deinde Congregationem Presbyterorum Sacularium Apostolatus Catholici sub tutela Immaculata Virginis Maria Apostolorum Regina instituerit velut duo corpora in unum coalescentia, eumque ad introducendam causam Beatificationis eiusdem Servi Dei Procurator, seu Procuratores eligendi sint, Nos in Generalem Consultationem adunati sub die decimaoctava Decembris anni millesimi octingentesimi quinquagesimi expedire duximus duos eligere Procuratores seu Postulatores, quorum unus ex coetu Pia Societatis, alter de Congregatione sit, eumque plenis suffragiis electi fuerint in Postulatores seu Procuratores admodum Rdi DD. Ephysius Marghinotti Sacerdos Pia Societatis, et Carolus Maria Orlandi Sacerdos Congregationis de quorum zelo, virtute, doctrina, dexteritate, et prudentia plurimum in Domino confidimus, Nos electionem eorumdem auctoritate nostra confirmantes, nominamus, et deputamus simul et in solidum in Postulatores, seu Procuratores pradicta Causa Beatificationis, et Canonizationis Servi Dei Vincentii Pallotti prafatos Presbyteros Ephysium Marghinotti, et Carolum Mariam Orlandi, utrisque in solidum, et unicuique eorum separatim tribuentes omnes et singulas facultates quæ ad promovendam eamdem causam usque ad solemnem Canonizationis actum de jure sint necessaria, et opportuna, ac facultatem insuper prastandi juramentum de calumnia, et quodcumque aliud licitum, et honestum juramentum, et etiam substituendi, si opus fuerit, ab utrisque tamen in solidum et conjunctim, non autem separatim, unum vel plures Procuratores seu Postulatores in partibus, aliaque omnia peragendi, quæ tam in judicio, in quo aut simul, aut unus vel alter interit, quam extra ad huiusmodi causa prosecutionem et absolutionem eisdem in solidum et unicuique separatim eorum videbuntur opportuna.

In quorum testimonium presentes has Literas subscripsimus, et sigillo nostro muniri mandavimus.

Roma ex S. Recessu SS. Salvatoris in Unda hac die Decima Martii anni 1851—

Franciscus M.a Vaccari Rector Pontis.

Lucianus Bandiera

ISTITUTO S. VINCENZO PALLOTTI
Archivio - Roma
M/0026-M

Franciscus Maria Vaccarius
Congregationis, et Piæ Societatis Apostolatus Catholici
Sub tutela Immaculatæ Virginis Mariæ Apostolorum Reginæ
Rector Generalis.

SCH. 173
Vol. 239

Artico
Per la causa de
D. Vincenzo
S. Trova l'Ins